triciaci ut dimittant viru suu· id eſt crea-
torem ſuu· et ſequũtur diabolu in idolis
vanis et manibꝫ ſimulacris· Corruptores
vero corporis ſunt hy qui t̃palem dilecta-
tionem preponũt delectationibꝫ ſempi-
ternis· et labentem letitiam ꝑpetuis gau-
dijs anteponunt· Paſcaſiꝰ dixit· Ceſſabũt
ꝗ fuerit ꝑuentu ad uerbera· Lucia dixit·
Verba dei ceſſare non poterũt· Paſcaſiꝰ
dixit· Tu ergo deus es· Lucia dixit· Ancilla
dei ſum· et ideo dixi verba dei· quia ipe dixit·
non vos loquimini in conſpectu iudicum·
ſꝫ ſpũs ſcꝰ ipe loquet̃ in uobis· Paſcaſiꝰ
dixit· Inte ergo ſpũs ſcꝰ ē· Lucia dixit· Apl'ꝰ
dicit· quod caſte viuentes templu dei ſint
et ſpũs ſcꝰ habitet in eis· Paſcaſiꝰ dixit·
Ergo faciam te ad lupanar duci ut dum
fueris ibi ſcortata· fugiat a te ſpũs ſcꝰ
Lucia dixit· Nunquã inquinat̃ corpꝰ niſi
de conſenſu mentis· Nam et ſi in manu mea
thura ponas· et ꝑ manu iacias ſacrificia·
deus hec attendit et ridet· de ſenſibꝫ enim
et voluptatibꝫ iudicat· nam ſic patitur
violatorem caſtitas ſicut ſerpentem ſicut
latronem ſic barbaru· Nam ſi in uitam
violari me feceris· caſtitas michi dupli-
cabit̃ ad coronã· Paſcaſiꝰ dixit· Ibi te
faciam ſub turpitudine expirare n̄i mo
cerimonijs conſenſeris auguſtoꝝ· Lucia
dixit· Iam dixi· tu voluntatem meam
nunq̃ poteris ad conſenſum puocare ꝑcti
Ceteru quicquid feceris corpori quod in
ꝑtate tua videris hr̃e· hoc ad ancillam
xp̄i ꝑtinere non poterit· Tuc copulari iuſſit
venire lenones· et tradidit eam illis di-
cens· Inuitate ad caſtigãdã eiꝰ ꝑplos· et
facite eam tam diu illudi quandiu mo-
tua nunciet̃· At ubi ceperũt eã velle trh̃e
ad lupanar· tanto pondere eam fixit ſpũs·
ut penitꝰ moueri non poſſit· Accedentes
ſimul multi ex officio· impellentes th̃en
tenerꝫ deficiebant ſudore· virgo dñi immo-
bilis conſiſtebat· Tunc miſerunt funes in
manꝰ eius et pedes· et ceperunt oẽs pit
trahere· et illa qñ mons inmobilis ꝑmane-
bat· Tunc anguſtiari cepit paſcaſiꝰ ꝛ mer-
ore deficere· Et vocauit magos et aru-
ſpices et temploꝝ om̄ ſacerdotes· quiqꝫ
agebant oẽs ſupſtitiones ſuas contra ea
ut moueret̃· et ita ꝑmanebat ſupra corpore
ut penitꝰ nec pacia eius veſtigia moue-
rent̃· Tunc paſcaſiꝰ lotio eam iuſſit ꝑfudi
credens aſſerentibꝫ quia maleficijs ſtaret
inmobilis· Item adducta ſũt multa paria
boum ut abipis traheretur et omnino
non potuit· Tunc dicit ei paſcaſiꝰ· Que ſũt
iſta maleficia tua? Lucia dixit· Iſta male-
ficia mea non ſũt· ſꝫ ſunt bñficia dei· Pa-
ſcaſius dixit· Que ratio iſta eſt· quod puella
fragilis a mille tracta hoĩbꝫ non moueat̃?
Lucia dixit· Si alia decem milia adduxeris·
audient michi ſpm̄ ſcm̄ dicentem· quod cadent
a latere meo mille· et decem milia a dextris
meis· Torquebat̃ itaqꝫ ãio paſcaſius et
interrogationes et viſcerum cruciamenta
clamabat· Cui bt̃a virgo ait· Quid cruciaris?
quid ꝑ diuerſa mentis tue cruciamenta
torqueris? templu dei eſſe ſi ꝓbaſti iam
crede· ſi non ꝓbaſti diſcede· Eo magis
paſcaſiꝰ anhelabat· quia de corpo riſꝰ ſibi
exhiberi cernebat· Tuc ignem circa eam
fecit copioſum incendi· ita ut picem et re-
ſinam et feruens oleu ſup eam iactarent
At illa in nõie ihu xp̄i ſtetit inmobil' dicens
Et ego rogaui dñm meum ihm xp̄m ut
ignis iſte non dominet̃ in me· quatinꝰ tibi inſul-
tent fidentes in xp̄o· Et ideo petiui inducias
martirij mei· ut credẽtibꝫ timore tollere
paſſionis· et non credẽtibꝫ voce inſulta-
tionis afferrem· Tuc anguſtiante eu non
ferentes amici eius· gladium in eiꝰ viſceribꝫ
mergi fecerũt· etiam percuſſa quandiu voluit
orauit· quandiu voluit allocuta ē turbam
circumſtantem dicens· Annuncio vobis pacē
datam eccl'ie dei· diocletianu de regno
ſuo deiectu· et maximianu hodie mortuu·
et ſicuti habet cathinenſium ciuitas inter-
uenientem ꝑ ſe ſororem meam agathen·
ita me ſciatis iſti ciuitati datam a dño· ſi vo-
luntatem dñi facientes ſuſceperitis fidem
Hec loquente famula dei lucia ut dixĩmꝰ
viſceribꝫ gladio patefactis· añ oculos eiꝰ
ferro vinctꝰ ducebat̃ paſcaſiꝰ· Cum ceperũt
eum relationes ſcloꝝ quod fuiſſet ꝑdatꝰ pro-
vinciam· Qui ꝑductꝰ ad vrbem romam·
ab oĩ ſenatu romano auditꝰ· accepit ſente-
ciam capitalem· Dei aut̃ martir lucia virgo
ſanctiſſima de loco in quo percuſſa ē penitꝰ
mota non eſt· nec exijt ſpũs eiꝰ niſi veni-
entibus ſacerdotibꝫ et miſteria dei dantibꝫ
atqꝫ oĩbꝫ dicentibꝫ amen· illa emiſit ſpm̄
idus decembris· In eodem loco fabricata ē
ſcī noĩs eius baſilica· in qua orationes eiꝰ
florent nunc et ſemper et in ſecula ſeculo-
rum amen:·

Paſſio ſancte agnetis virginis et martiris criſti ſequitur

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 610, p. p.%20243 – Computistic Texts and Tables; Lives of Saints and Martyrs; Casus sancti Galli etc. (http://www.e-codices.ch/en/csg/0610/p.%20243)